

**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,  
Sacræ Theologiæ Professoris, Et sanctæ Inquisitionis  
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtvtibvs,  
Et Vitiis Contrariis, In ...**

De Sacramentis. In qua Tractatibus decem de Sacramentis in genere, tum speciatim, videlicet de Baptismo, Confirmatione, Eucharistia spectata vt Sacramento, & vt sacrificio: de Pœnitentia, de Suffragiis, Indulgentiis, & Iubilo, de Bulla Cruciat, de Extrema-vnctione, & demum de Ordinis Sacramento ...

**Castro Palao, Fernando de  
Lugduni, 1669**

De sacrificio, quod Christus in vltima cœna, & in ara crucis obtulit, & horum cum sacrificio Missæ comparatione. 3

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76649](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-76649)

grum, & compleatum, quod est absurdum, & contra Trident. *sess. 22. cap. 1. & seqq.* Ad secundum admittit consecrationem panis, & vini verum esse sacrificium, qui sub speciebus panis & vini, aeterno Patri eius Filius offertur sed non utunque, sed mystice mactatus, & immolatus. Cum autem vnius tantum speciei consecratione non significetur mactatus, & immolatus, sed ad hanc significacionem necessariò virtusque speciei ut consecratio concurrere debet, ea de causa in vnius tantum speciei consecratione sacrificij essentia non conficitur.

8. Hinc primo infertur iure diuino statutum esse consecrationem sub vtrisque specie esse faciendam. Quia iure diuino statutum est consecrationem Eucharistiae si fieri, ut ea consecratione sacrificium commemorationum passionis Christi Domini offeratur, sicuti definiuit Trident. *sess. 22. cap. 1. & 2.* At ex dictis constat sola consecratio vnius speciei memoriam passionis eius non recoli: sed necessariò virtusque consecrationem concurrere debere. Ergo iure diuino virtusque consecratio est statuta. Præterea Trident. *sess. 22. cap. 1. & 2. art. 2.* exp̄s̄ affirmat Christum Dominum vtrique speciei consecrationem Apostolis, corumque successoribus præcepisse illis verbis Lucæ 22. Hoc facite in meam commemorationem. Neque vales dicere Christum Dominum præcepisse vtrique speciei consecrationem, sed non simulaream. Quia præcipit consecrationem, sicut ipse fecit, at ipse simul vtrique speciem consecravit: ergo vtrique speciei consecrationem simultaneam præcepit. Et licet Lucas post consecrationem panis ante calicem consecrationem referat Christum dixisse illa verba, Hoc facite in meam commemorationem, non inde inferri potest solius panis consecrationem fieri posse. Tum quia ipse Lucas indicat post consecrationem calicis id ipsum præcepisse illis verbis: Similiter & calicem, ad eundem enim similiter referit subsequens facta esse calicis & precedentia. Tum quia Paul. 1. Corinth. 11. post cuiuslibet speciei consecrationem protulit Christum præcepisse id ipsum fieri in sui memoriam. Ergo vtrique consecratio a Christo præcepta est omnibus sacerdotibus. Ergo nullum est fundamentum afferendi consecrationem vnius speciei sine alia fieri posse. Præterea non constat iure diuino singulis Sacerdotibus præceptam esse vnius speciei consecrationem, tametsi ordinis sacerdotali præcepta fuerit. Ergo ut præceptum illud Luca 22. à Trident. declarantes consecratio vtrique speciei omnes, & singulos sacerdotes attengat, intelligentum est tamen quo consecrare, & sacrificare velint. Tenentur ergo ex obligatione iuris diuinum vnius speciei consecratio facta, aliam simul consecrare. Et ita sustinet D. Thom. 3. p. quæst. 7. art. 1. & quæst. 8. art. 12. ad 3. Cibi Caetera, quæst. 1. Sylvest. Eucharistia 1. quæst. 5. Dominic. Sotus in 4. disp. 9. q. 1. art. 2. in fine Suar. disp. 43. sech. 3. Vafq. disp. 223. cap. 3. & alij apud ipsos.

9. Secundò infertur longe probabilius esse Pontificem dispensare non posse: vt in vna tantum specie consecratio fiat, quia dispensare non potest, ut hoc sacramentum conficiatur, absque eo quod sacrificium offeratur. At clementia sacrificii Eucharistiae est vtrique speciei consecratio, ut probatum est. Ergo non potest dispensare, ut consecratio sub vna tantum specie fiat. Sic ex communī sententia tradit Suar. disp. 43. sech. 4. specialiter conclusa. Vafq. dicit. a. disp. 223. c. 3. num. 20. Agid. quæst. 83. art. 1. dub. 5. in fine num. 12.

10. Supererit infaciare argumentum num. 5. adductis, quibus probatur posse Pontificem dispensare. vt in vna tantum specie consecratio fiat. Ad primam ex probatione nostra sententiam, constat vnius speciei consecratio sacramentum cruentum Christi non representari. Ad secundum admittit Pontifici concessam esse potestatem in sacramentorum administratione mutandi, & alterandi propter sibi vnum fuisse expedire, salua illorum substantia, nego tamen ad Eucharistiae substantiam non pertinere vtrique speciei consecrationem, cum Eucharistia sacramentum perfectum non sit, in vna tantum specie, sed necessariò vtramque posuler. Ad tertium concedo quilibet sacerdotem consecrarent principaliiter obligatum esse consecratum consumere. Secus vero qui accessoriō folidū, & ob aliquam saepe significationem consecrant, qualiter contingit in nomine ordinatis: hi enim oblatum consumere non tenentur, cum ad perfectionem sacrificij vnius sacerdotis consumptio sufficiat. Ad quartum admitto eo calu vnicam speciem Christum consecrare, quia ad sui manifestationem, & discipulorum solutum ea solum sufficiebat, sed inde inferri non debet vnuam speciem absque alia consecratio posse, cum stet diuinium præceptum de vtrique specie consecratio. Ad quinimum nego vnuam Pontificem dispensasse, neque credendum est Volaterrano, & Onuphrio, tamen quia illius dispensationis nec vestigia adiunt. Tum quia Volaterra, non dicit Innocent. dispensasse, ut panis consecratio fieret absque calicis consecratio, sed dispensasse, ut

Ferd. de Castro Sum. Mor. Pars I V.

calix sine vino consecraretur, quod absurdum est, cum non possit Pontifex sacramentorum materias mutare. Tum quia non appetit occasio, & legitima causa, ob quam hæc dispensatio concessa fuerit, cum nulla prouincia cognoscatur, in qua vinum consecrari non possit. Non enim Christus Dominus sacramentum sui corporis, & sanguinis institueret pro tota Ecclesia, sciens aliquam suæ Ecclesiæ partem eo fui non posse. Quinimo neque excoigitari potest ratio honestans dispensationem. Nam cum hoc sacramentum non sit necessarium, sed utilitas, maior utilitas, & convenientia cernitur, ut ritus sacrificandi integer, & immutatus in Ecclesia perseveret, quam ut excusetur detinendum quod vni, vel alteri prouinciae prouenire potest ex carentia sacrificij dimidiari, & imperfecti. Ad secundum negamus obligationem consecrandi sub vtrique specie ex humano iure prouenire, ex diuino namque prouenit, ut probatum est. Quo positivo ut probabilius affirmamus Pontificem dispensare non posse, & ad probationem dicimus in votis, iuramentis, matrimonio que fato dispensare, remittendo nomine ipsius Dei obligationem, qua remissione facta nec votum, nec iuramentum, neque matrimonium ratum perficit, ac proinde non propriè in iure diuino dispensar. Ius enim diuinum, quod nequaquam à Pontifice tolli potest, est quod perseverante voto, iuramento, & matrimonio rato obligatio nascatur. Quod vero votum, iuramentum, & matrimonium ratum non dissolviatur causa rationabili intercedente, & a legitimo ministro, non est iuri diuinum, potius enim ex diuino iure habetur horum dissolviendum potestatem Pontifici commissam esse. Idem dicendum est de residencia parochiorum, ex iure diuino obligationem esse, ne parochus absque legitimā causā abistat. At causa legitima intercedente conforme est iuri diuino abesse posse.

11. Aduertunt tamen & bene plures Doctores, præcipue Suar. dicit. disp. 43. sech. 4. concil. 1. Azor. 1. lib. 10. cap. 19. quæst. 3. Laymann. lib. 5. sum. tract. 5. cap. 7. in principio, sapientia contingit posse, quod sub vna tantum specie consecratio fiat ob imponentiam physicam, vel mortalem alteram consecrandi: Ut contingit si consecrata hostia reperies aquam loco vini appositam esse, neque innuenias vnum, quod consecrare possis, vel non innuenias absque magno scandalo, aut sine manifesto vita periculo. Quia eo calu dici non potest sub vna tantum specie voluisse consecrare, sed vnius tantum speciei consecrationem permisisse. Aliud enim est sacrificium imperfectum facere, quod ob nullam causam licet, ut bene Suar. dicit. sech. 4. in fine: aliud imperfectum permettere, quod ex rationabili causa honestari potest.

### P N C T Y M III.

De sacrificio, quod Christus in ultima Cœna, & in aræ Crucis obrulit, & horum cum sacrificio Missæ comparatione.

1. In aræ Crucis Christus Dominus se in sacrificium obtulit.
2. Deinde in ultima Cœna, cum Eucharistiæ institutio.
3. Explicantur qualiter sacrificium Missæ cum predicti conueniat, vel ab eis differat.

1. Constat ex Trident. *sess. 22. cap. 1. & 2.* Christum Dominum in aræ crucis in sacrificium Patri aeterno obtulisse, quia se occidendum obrulit ex intentione recognoscendi Patrem, ut supremum Dominum, vitæ & mortis auctorem. Etenim cum Christus Dominus a Patre aeterno fuerit faceret constitutus, ut propitiatio esset pro nobis, & toritus mundi peccatis, in eorum satisfactionem se ipsum liberè obrulit occidendum: in qua oblatione vtpote libera sacrificium cruentum constitutum est. Neque inde fit Martyres cum seipso tyrannis occidentes tradunt sacrificium sui obrulisse, quia ipsi non sunt sacerdotes a Deo constituti, ut propriam vitam in sacrificium exponant, neque habent vitam in sua potestate proxima, sed tantum remota, quatenus se liberè tyrannis offerunt, non tamen iam oblati, & tormentis affecti possunt suam vitam conferuare, sicuti potuit Christus, qui potestatem habebat ponendi animam suam, & iterum sumendam illam quolibet dolore, & tormento affectus, quod ad verum sui ipsius sacrificium necessariò requiriatur.

2. Deinde ex eodem concil. Trident. *sess. 22. cap. 1.* certum est Christum Dominum in ultima Cœna cum sacramentum Eucharistiae consecrare, sacrificium sui obrulisse. Nam cum fuerit sacerdos a Patre constitutus secundum ordinem Melchisedech, *p. sal. 109.* & ad Hebr. 7. debebat in sacrificandi ratione cum Melchisedech conuenire. At nisi dicamus sacrificium obrulisse, cum de facto panem, & vnum.

H 3 obrulit,

## De sacrificio quod Christus in ultima Cena, &amp;c.

obtulit, nulla alia appetet ratio, ob quam cum sacerdotio Melchisedech conuenire posset. Ergo dicendum est in ea actione verum obtulisse sacrificium. Præterea de ratione sacrificij est, ut aliquid à sacerdote offeratur, quod ex sui mutatione sufficienter exprimat Deum vitæ, & mortis Dominum esse. At oblationis, cum sui ipsius Christus Patri æternō fecit confectando panem, & vinum, sufficienter expressit Patrem æternum vitæ, & mortis esse authorem, siquidem sub speciebus panis, & vini mysticè mactatus, & verè mactandus oblatus est. Ergo.

3. Ex his facile est explicari, qualiter sacrificium Missæ cum sacrificio ultimæ Cenæ, & Crucis conueniat, vel ab eo differat. Et quidem in omnibus his vniuersam esse hostiam, vniuersum sacrificium quadam rem oblationem definiuit Tridentin. *seff. illa 22. cap. 1. & 2.* Nam in omnibus his idem Christus offeritur, diuersimode tamen. In Cruci offerunt eruent per languinis veram, & realē effusionem, in Cenæ vero, & in missa incurrēte offerunt, illius languinis effusii vera representatione. Quocirca quod modum offerendi nemini esse dubium potest sacrificium crucis, & sacrificium ultimæ Cenæ, & quod nos offerimus in Missa diuersum esse, tametsi quod rem oblatam idem omnino sit.

Præter hanc differentiam alia plures inueniuntur, qua tamens sacrificij unitati non obstant, quia non obstant rei oblatione unitati. Primo sacrificium Missæ differt à sacrificio cenæ, & crucis quod offerentem, nam etio in omnibus sit Christus offerens: in sacrificio cenæ, & crucis, sicut immediatus offerens ex certa sententia. At in sacrificio Missæ secundum probabilem sententiam est mediatus, licet præcipius, ministerio enim sacerdotum se Christus Patri æternō offerit, quatenus sacerdotes instituit, qui hoc sacrificium offerunt, illisque offerte præcepit, & suis meritis imperiuit potestatem offerendi. Ex qua differentia alia secunda non mediocris nascitur, scilicet oblationis in cenæ, & in cruci facta Christum Dominum mereri nobis peccatorum remissionem. At oblatione in Missa non mereri, sed quod in vita merui nobis applicari. Tum quia non est in statu merendi. Tum quia in supradicta sententia non est immediatus offerens qui ex propria libertate se ipsum Patri in Missæ sacrificio offerat, sed sicut Dominus qui pecuniam tribuit famulo, vt in pauperes distribuat, non est ipse immediatus distributor pecuniarum, sed famulus, nec ipse in distributione meretur, sed solum in concessione pecuniarum, & voluntate quam habet, vt in pauperes distributione fiat. Sic Christus Dominus se, saeque vitæ, & passionis meritum nobis in hoc sacramento reliquit Patri offerendum, & applicandum tam pro viuis, quam defunctis sacerdotibusque insitum, vt hanc facerent oblationem, & applicationem. Non igitur in hac oblatione, & applicatione, que sacerdotum ministerio sit, ipse mereri potest. Tertio differt sacrificium Missæ à sacrificio crucis, & cenæ, quod sacrificium Missæ fit viriisque via representatio. At sacrificium cenæ, esto fuit representatione cruenti sacrificij crucis futuri, non tamen sicut imago alterius incurrēti sacrificij. Sacrificium item crucis neque incurrēti, neque cruenti sacrificij representatio fuit. Tandem ex loco tempore, & materia alias differentias accidentales colligere poteris, sed prædictæ sufficiant.

## P V N C T V M IV.

## Qui sunt offerentes in sacrificio Missæ.

1. Sacerdotes sunt offerentes.
2. Christus Dominus est principalis offerens.
3. An Christus immediatus offerat. Negat Valsq. quibus probet.
4. Verius est immediatus offerre.
5. Solvuntur oppositæ rationes.

1. Nemini est dubium sacerdotes potestatem habere hoc sacrificium offerendi, & vere offerte, quia ad hoc ministerium sunt ordinati. Quam potestatem non amittunt, tametsi excommunicati, & degradati sint, quia sacerdotalisordo acceperunt ex hoc hac potest, deleri non potest, vt latius prosequitur *Suar. disp. 77. sed. 2. Vals. disp. 226. cap. 1.* Reliqui extra sacerdotem solum dicuntur offerre denominatiæ, & impropriæ, quia nec ipse consecrare, neque ad hoc munus sunt deputati. Dieuntur autem denominatiæ offerre quatenus per sacerdotem qui eorum vices gerit Deo munera sibi data offerant, tum postulando, tum stipendio tribuendo, tum assistendo Missæ sacrificio.

2. Christus vero Dominus, qui est sacerdos in æternum constitutus est præcipius, & principalis offerens in hoc sacrificio, ut manifeste colligatur ex Trident. *seff. 22. cap. 2. & Florentin. in decreto Eugen. I V.* Tum quia ipse sacrificium instituit, illique viriensem, & efficaciam suis meritis consecrit. Tum quia ipse sacerdotes instituit, qui nomine ipsius,

ipsumque repræsentantes offerrent, siue sic offerte præcepit in qua voluntate semper perseverat. Quae rationes sufficiunt evidenter, vt Christus esse, & dici posset offerenti præcipius. Neque inde sit Deum sacrificia antiqua instruentem dicendum esse offerentem mediis sacerdotibus, tametsi infinitam dignitatem illis sacrificiis communicaret, quia nemo sibi ipse offere sacrificium potest, neque antiqui sacerdotes nomine Dei infiniti sacrificia Deo offerebant. Est enim id impossibile, cum Deus non sit, neque esse possit sacerdos, cuius nomine Deo sacrificia offerantur. Secus vero procedit in Christo, qui ratione humanitatis, & sacerdos est constitutus, & Deo interior, & nomine ipsius sacerdotes offerte Deo sacrificia posse.

3. Graue tamen dubium est, an non solum ob prædictas rationes Christus Dominus sit offerens præcipius, sed quia ipse immediatus, & per se offere tametsi sacerdotum ministerio? Negat Valsq. *disput. 225. cap. 2. 3. & 4.* adducit pro se Scorum, Gabrielem, & Cordub. qui id expresse non affirmant. Mouerunt primò ab inconvenienti, quia si Christus immediatus offere Missæ sacrificium, ea oblatione meritoria esse, quia procedit à persona Deo grata, & cui oblationi promissio meritis annexa est. Quid ergo ad rationem meriti deficit? Secundo si Apotholi in triudis consecrarent, sine dubio sacrificium Deo offerten, sicuti nunc offerimus. At eo casu Christus immediatus, & per se ad sacrificium non concurret, cum non existaret, ergo neque modò concurrit. Tertiò Christus Dominus non immediatus, & per se consecrationis verba profert, sed mediis sacerdotibus, qui eatus sacrificium offerten, quatenus consecrant, cum in consecratione essentia sacrificij Eucharistici sua sit. Ergo si Christus Dominus non immediatus consecraret, quia immediatus non profert consecrationis verba, nullatenus poterit esse immediatus offerens. Quartò hic concursus immediatus Christi ad sacrificium, nec dignitatem Christi, eiusque personam decete videtur, neque necessarius est ad sacrificij valorem, & efficaciam. Ergo non est absurdus. Quid non decet perfosum Christi ex probo. Non enim decet Christum rogare Patrem, vt sibi sacrificium per manus Sancti Angeli suscipiat, sicuti rogarunt sacerdos, ergo neque offerte. Item non decet Christum, quod ipse immediatus Eucharistiam sumat, ergo neque consecret. Utramque enim actionem nomine ipsius sacerdos præstat, & forte in utraque sacrificij essentia consistit. Quid vero hic concursus immediatus ad sacrificij valorem non sit necessarius, inde manifestè probatur. Nam dignitas sacrificij non tam ex dignitate immediatus offerentis, quam ex dignitate rei oblationis, & virtute quo illi communicata est definitur. Cum ergo Christus Dominus suis meritis impertrauerit, quod ipse sub speciebus panis, & vini Patri æternō sacerdotum ministerio offerri possit, ipsaque oblationi quantum est ex se virtutem, & valorem contulerit, infinitum, necessarius non est concursus ipsius Christi immediatus.

4. Nihilominus verius eneo Christum Dominum immediatus speciali actu, & affectu hanc facere consecrationem, & oblationem tametsi simul cum sacerdoti, & ipsius ministerio faciat. *Sic Suar. disp. 77. sed. 1. Aegid. de Coninch. quest. 83. art. 1. dub. 6. num. 108.* Mouerunt, quia negari non potest sacrificium Missæ speciali quamdam dignitatem ex humiliodi concurso provenire, sicuti pronuntiet honorationi, quam alteri deferres, si non solum medio legatio, sed te ipso immediatus illum honorares, aperteque hoc concursu declarari qualiter Christus sit sacerdos in æternum, quam si solum mediate, & remoto concurseret, siquidem hac via non semel, sed in perpetuum offerte quoties sacrificium fuerit. Melius item cognoscitur quomodo sacrificium Missæ ciuidem valoris, & dignitatis sit, idemque sacrificium, ac fuit sacrificium in ultima cenæ, & in cruce oblatum, quippe quod non solum ex parte rei oblationis, sed ex parte offerentis idem est.

5. Neque obstant rationes aduersæ. Non prima, nam ex eo quod Christus sit immediatus offerens, non inferunt oblatione mereri, quia ad merendum pro aliis requiritur specialis Dei acceptatio, & promissio, quam non habent opera Christi, postquam ex hac vita migravit, non occasio datur suspicandi non integrè, & perfectè nostram redemptionem meruisse. Ad secundum concedo eo casu Apostolorum consecrantes idem sacrificium oblaturos fratre, ac modò offerimus, quia esset eadem hostia cum eodem valore, & virtute nomine Christi oblatæ, tametsi Christus immediatus non offerret, immediatum enim concursum Christi in sacrificio Missæ non ex necessitate sacrificij, sed ex maiori conscientia adstruimus. Ad tertium nego Christum Dominum verba consecrationis non proferte: profert namque sed sacerdotum ministerio, qui non in propria persona, sed in persona Christi loquuntur dicentes. Hoc est corpus meum. Hic est calix sanguinis mei. Quo modo loquendi hic concursus immediatus non leviter significatur. Nam si Christus non immediatus consecrationem operatur, vt quid in perlunga eius, verba consecrationis proferuntur; reliqua enim sacramenta